Synthesea

Pharmaco-poëseos Utriusque E Codice Medicamentario de Prompto Celeberrimo Parisiensium Pharmaciæ Magistrorum Ordini exponendæ, Deo Duce & Moderatore Sthephano Lapierre Pharmacopæo Parisiensi

I Galenicæ

Syrupus Capillorum Veneris

Rᴉ Capillorum Veneris Canadensium   uncias unam
Infundantur per Duas horas in
Aquæ bullientis   Libris sex
Coletur Liquor & Cum
Sacchari albi   Libris quatuor
fiat Syrupus aquâ Naphæ, si lubet, aromatisandus.

Syrupus de Viperis Roborans

Rᴉ Viperas vivas   Numero duodecim
Rasuræ santali Citrini
Cinnamomi   } ana uncias duas
Radicum Chinæ
salsæparillæ   } ana unciam unam
Cardamomi minoris
Nucis Moschatæ
Ligni aloës   } ana Drachmas duas
Viperæ recens mactatæ, et in partes sectæ coquantur in
Aquæ communis   Libris Duabus
ad quartæ partis residuum, et exprimantur
Radices chinæ et salsæparillæ concisæ, per horas duodecim, Supra cineres calidos maceratæ
cum Aquæ communis   Libris duabus
coquantur ad medias et colentur,
Aromatis vero crassiusculè tritis, et in alembico positis Superaffunde
Vini albi optimi
Aquæ naphæ   } ana Libras duas
fiat que per distillationem ex arenâ, unciarum decem vel circiter, aquæ spirituosæ extractio, quæ in syrupi consistentiam reducatur Balneo maris, sola dissolutione Sacchari candi pulverati ad
Sufficientem quantitatem
Exin
Rᴉ Supra dictum jus Viperarum, decoctum chinæ et salsæparillæ, Liquorem ex distillatione infundo Vasis superstitem colatum.
Misceantur simul, clarificentur cum
Sacchari   Libris tribus,
percoquantur in Syrupum Crassiorem, qui, priori frigidè, permixtus, aromatisetur
Tincturæ Ambari   Semi unciâ,
Atque pluribus Lagenulis exceptus usui recondatur

Extractum Rhabarbari

Rᴉ Rhei Electi concisi   semi libram
Mitte in vas idoneum affunde
Aquæ limpidæ ferventis ad eminentiam   quatuor digitorum
Digere Balneo maris in Vase clauso per duodecim circiter horas. Liquorem exprime. materiæ Superstiti affunde novam aquæ ferventis quantitatem digere ut suprà. cola fortiter exprimendo. Tincturas simul mixtas filtra per manicam. Vaporent Balneo maris ad extracti consistentiam.

Pulvis Arthriticus Purgans


Rᴉ Seminum Cardui benedicti
Carthami   } ana Drachmas duas
Cremoris tartari
foliorum Sennæ mundatorum   } ana Semi unciam
Cinnamomi acuti   Drachmam unam
Dyacridii
Radicum salsæparillæ
chinæ
Ligni Guajaci   } ana Drachmas Duas
fiat omnium pulvis subtilissimus

Caryocostinum

Rᴉ Costi
Caryophyllorum
Zingiberis
Cumini   } ana Drachmas duas
Diacridii, hermodactylorum   ana semi unciam
Mellis optimi   Uncias sex
fiat Electuarium secundum artem

Emplastrum Epispasticum

Rᴉ Cantharidum pulveratarum   uncias quatuor
Euphorbii pulverati   Drachmas quatuor
Picis Burgundiæ, Therebinthinæ   ana uncias Sex
Ceræ flavæ   uncias duas
Cera, therebinthina, et Pix liquentur, iisque ab igne remotis pulveres admisceantur, & agitando, redigantur in Emplastrum



I Chemicæ

Elixirium Cordiale & Stomachicum Vulgo de Garrus

Rᴉ Aloës   uncias duas et semis
Myrrhæ   semi unciam
Croci orientalis   Drachmas duas
Cinnamomi acuti
Caryophyllorum
Nucis Moschatæ   } ana scrupulum unum
Mitte in matratium affunde
Spiritus vini Aquæ vitæ dicti   Libras duas
Aquæ communis   Uncias duas
Digere, ut artis est, per duodecim horas. distillato Balneo maris ad siccitatem. tum
Spiritus distillati
Sirupi Capillorum veneris   } ana partem æqualem
Aquæ essentialis florum arantiorum, quantum satis
Misce, et post aliquot dies decanta. fiat Elixirium.

Sal Tartari

Rᴉ Tartari crudi triti
Corniculis papyraceis madentibus include; fiat stratum super stratum cum carbonibus. Igne aperto calcina ad albedinem. ex massâ calcinatâ fiat Lixivium, filtra vapores ad siccitatem

Terra Foliata Tartari

Rᴉ Salis tartari purissimi   partem unam
Inde in Cucurbitam vitream affunde
Spiritus aceti acerrimi circiter   Partes Sexdecim
scilicet ad punctum saturationis. Vapores igne lenissimo, vel distilletur ad siccitatem. perfectè saturatum erit sal, si huic affusum acetum non ampliùs fermentescat, sin minùs iterùm affunde spiritus aceti sufficientem quantitatem ad punctum saturationis, et procede ut supra. tum massam solve in
Spiritus vini   Sufficienti quantitate
filtra vapores ad siccitatem. solutionem et evaporationem repete, donec materia supersit sicca et foliacea.

Hydrargyri Purificatio sive revivificatio ex Cinnabari

Rᴉ Cinnabaris factitiæ pulveratæ,
Limaturæ ferri non rubiginosæ,   } ana quantùm volueris
Misceantur sedulo et mittantur in retortam ferream, vel vitream loricatam, cujus tertia pars remaneat vacua. hanc impone Balneo arenæ: adapta receptaculum. Destillationem institue, ignem gradatim augendo donec, retortâ intensè candefactâ, nihil ampliùs transeat mercurii

Præcipitatus Ruber.

Rᴉ Mercurii è cinnabari redivivi,   Libram unam
Spiritus Nitri,   uncias octodecim vel quantitatem sufficientem
Mitte in matratium. Arenæ tepenti impone. Dissolutione peractâ, fiat évaporatio ad siccitatem Carbonibus vivis materiam calcina ad rubedinem intensam. Exime & serva.

Tinctura Antimonii

Rᴉ Antimonii crudi pulverati   uncias tres
Salis tartari   uncias sex
seorsim pulverata et mixta liquentur in crucibulo cooperto per horam, igne forti. materiam effunde in mortarium ferreum calefactum, et in pulverem redige, quem adhuc calentem mitte in matratium, et illicò superaffunde
Spiritus vini rectificati,   Sufficientem quantitatem
Digere igne arenæ, per aliquot dies, identidem agitando. Liquor intensè coloratus decantetur ad usum.

Spiritus Salis ammoniaci cum Calce.

Rᴉ Salis ammoniaci   Uncias Octo.
Calcis vivæ   Libram unam et semis
seorsim pulverata & mixta inde in retortam capacem loricatam. affunde
Aquæ   Uncias sex
Ori retortæ manum admove, et agita; statimque adapta receptaculum amplissimum, commissuris non obseratis sed arctè conniventibus. Eductis per horæ quadrantem, et absque igne primis Spiritibus commissuras obsera. tum adhibeatur ignis arenæ lenissimus gradatim augendus. Cum nihil ampliùs prodibit, refrigeratis omnibus, exemptum illicò spiritum serva in vase ritè obturato.

Globuli Martiales

Rᴉ Limaturæ ferri præparatæ   Partem unam
Tartari albi pulverati   Partes Duas
Misce in Cucurbitâ; affunde aquam vitæ ad eminentiam digiti; radiis solaribus, vel Balneo maris digere ad siccitatem. Massæ exsiccatæ et pulveratæ iterùm aquam vitæ affunde. Digere ut suprà, id que toties repete, donec massa exsiccata quasi resinosa appareat. Ex hac massâ globulos efformabis ad ovi magnitudinem

Tinctura, seu Essentia Ambræ

Rᴉ Ambræ griseæ   Drachmam unam
Spiritus rosarum ardentis rectificatissimi
Vini tartarisati   } ana unciam unam et semis
Misce. Digere Balneo maris fiat tinctura

1° Selectus ut artis est et Publicè expositis Materialibus supra scriptis Die Veneris 12.ª Martii anni 1779. horâ nonâ matutinâ horum Historiam naturalem, et omnia quæ ad praxim Pertinent enarrare ac demonstrare tentabit; Dein diebus subsequentibus ad operationes exequendas manum et industriam admovebit denique Die mercurii 17.ª ejusdem mensis Syntheses perfectas expertissimorum Magistrorum oculis subjiciet FRANCISCUS DEROSNE Sandesiderianus.

Dedimus et vidimus Die Septima Mensis Martii anni 1779. Brun Becquerel Pierre Simonnet

has preparationes Studiosi Parisiensi de promptas vidimus et probavimus die septimâ mensis martii anno 1779 Le Pieux Prim pharmaciæ professor

Philippe Altar pharmaciæ professor.

In Collegio Pharmaciæ viâ vulgo dictâ De l'Arbalêtre

Pro Solemni Adoptione

Mr Derone